

se fecissent. Interea rex Odacharus Bo-
hemorum venit^{ens} in adiutorium lant-
gravi cum quatuordecim milibus
sa^{fl} armatorum. Quod ut percepit Philip-
pus, et^{us} repugnandi spe omnino frustra-
tus, Erfordie cum suis se recepit, quoniam
v^{er} quidem regnum Bohemie Philippus
vindicare non metuit, et in argu-
mentum desolationis lantgravi, ne
sibi Odacharus in posterum esset au-
xilium suus patruelis Dypoldo videli-
cet filio regalia cum suis contentis
delegare curavit; exinde Odacharus
indignatione iusta p^{ro}motus Philip-
pici principis, ipso dimittat absente,
contra muros Erfordie obsidione
vehementer conclusit, ubi etiam
indubitatum regis Ottonis adven-
tum prestolatus est. Cui etiam in
eade^m presentia principum homagium
fecit, et regni sui sceptrum cum mag-
no triumpho sumpsit, et tunc Bohe-
morum rex repatriavit, et Philippus
recessit, et Smalkaldiam devasta-
vit.

Anno Domini MCCIII. Cum Phi-
lippus per vim principem Thuringie
repellere non posset, fraudes attemp-
tavit, quibus potuit artibus principes
Orientales favorabiles habuit, pacem
simulavit, et interim miliciam colle-
git, et ad Goslarium properans, prout
potuit, barones mediante pecunia in-
fecit, et de lantgravio retraxit, qui

data

ap^{te} e

ap^{te} patric^{us} e

p. 120

prin^{ci}p

pro ut